



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lamentationes Obscurorum virorum. non prohibite per sedem Apostolicam

Gratius, Ortwin

Colonie, 1518

VD16 G 2925

Kolophon

urn:nbn:de:hbz:466:1-34628

¶ Zacharias lucentis omnibus obscuris S P D
Quod legi in vno epistolas vestras lamentationum. que bonis
omnibus magis quam prime placent Nescio quibus loquor. obscu-
ri estis. nemo vos videt. nemo bonus nouit. Nemo igitur vos
offendit. nemo scandalizat. Si conscientiam vestram intueri volueritis
et coram deo vestrarum epistolarum rationem reddere. facti vos proculdu-
bio penitebit. Non vna epistola. non vno epistolarum libro sed mille epis-
tolis multisque libris expresse et apte deum atque homines offendistis
Notum est et publicum ubi vestre epistolae impressae sint. noti etiam quibus-
dam auctores Damus bonum pro malo nec vos hoc loco more ves-
tro nominare volumus. ne stulto respondisse iudicemur iuxta
stultitiam suam. ne etiam contra Christi doctrinam vobis vel viuentibus
vel mortuis. aut vestri similibus duntaxat notis. scandali aliquid in-
ponerem? Si non est aliquis Ollilabi? i reze natura. si nullus Lag-
sniderius. quid obsecro fictis nominibus res ipsa peragitur. Discite be-
ne agere et nolite gloriari in malicia et nequicia. quod est peccatum
in spiritu sancto. Modestia opus est non iniqua contentio. qua Cap-
nionem. vobis proculdubio indignante. defendere non potestis.
Credimus postremo nullum esse sub celo poetam. piuum. doctum. eru-
ditum et sapientem. qui schurriles vestras epistolas quas obscurorum in-
scripsistis. manu sua aut etiam digito tangere dignetur Non sunt poete
boni similes vobis. Alij sacratissimas elegias. alij morales versus
alij vero (vt videmus) honestissimam prosequuntur materiam. Non
igitur ab oratoribus aut poetis sed a pessimis quibusque nebulonibus
ac pseudo Christianis (qui se ipsos Obscuros et Reuchlinistas
appellarunt) vestre sunt effuse epistole. quos ego laudare non debui
quam sancta sedes apostolica. iniquitatis eos filios esse decreuerit.
Vale lector christiane. et hec que citra cuiuscumque viuentis contume-
liam. aut indignationem dicta sunt boni consilio.

¶ Finem habent lamentationes obscurorum
Impresse Anno domini M.
CCCCCVIII.